



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

25 Ius dicere sine iurisdictione nemo potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

alios vitare obligatur, cum Extrava. Papa, nihil ipsi-
met culpabiliter excommunicato, sed solum alijs cum ex-
communicato non denunciato communicantibus proficit.

DECISIO XXX.

Ex conf. 29. alias 36.

DECISIO XXV.

Ex conf. 25. alias 1. de foro comp.

25 **V**s dicere sine iurisdictione nemo potest, nullumq; ius
in ecclesiasticis laica potestas absque privilegio sedis
Apostolice habere potest, c. Nunquam c. si Imperator,
& c. cum ad verum. d. 96.

DECISIO XXVI.

26 **V**lla Cene Domini, & omnia, que in ea sunt conten-
ta, spirituaalia continentur, & in laicos ratione peccati mor-
talis fertur, cuius censura ad Papam pertinet, qui de pecca-
to mortali quoscunque Christianos, etiam Reges, & Im-
peratores corrigere, & si non se correxerint, censura eccle-
siastica ad id cogere potest, maxime cum Papa in Bulla ce-
ne, non pro se, sed pro vniuersali salute animarum, pro
Republica Christiana, pro libertate ecclesiastica, & sedis
Apostolice consecratione, & vnitatis sibi a Deo commen-
data, sententias fertur, quoad ea, que ad veram religio-
nem, & animarum salutem spectant, Reges, & Imperato-
res subditi sunt, nihilque de eis statuere possunt.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 26. alias 3. de fide instr.

27 **A**bsoluto ab excommunicatione vel ab irregularitate
quoad forum conscientie tantum, expedit aliquan-
do multum ad euitandam poenam, que in foro exteriori
propter contemptum excommunicationis, vel legis, ei im-
poni possit, litteras eiusmodi absolutionis habere quales sine
violatione secreti habere possit, curando vt confessarius,
qui virtute litterarum penitentiarie in foro tantum con-
scientie absoluit, coram Notario, & testibus absoluto
schedulam clausam, & signatam tradat, dicendo, quod ip-
se absoluit eum confessum eo modo, & de eo quod conti-
netur in ea, & Notarius postea in dorso eius scribat, quod
tali anno, mense, & die rogatus fuit coram illis testibus, a
tali confessario, & absoluto, vt eiusdem rei si dem faceret,
& ibi sigillum suum publicum poneret, eo modo quo in
testamento in scriptis facto iure fieri debet, & consuevit.

DECISIO XXVIII.

Ex conf. 27. alias 59.

28 **C**onfessarius beneficiarium occulte excommunicati
& qui ob excommunicationem distributiones quo-
tidianas sibi non acquirit, ex Glo. in c. pastoralis, §. verum,
de appell. ad eas restituendas eis, qui interfuerunt, monere
tenetur, alios vero fructus ex beneficio re potere excommu-
nicationis occulte perceptos absolutus restituere non te-
netur.

DECISIO XXIX.

Ex conf. 28. alias 44.

29 **L**icentia suscipiendi ordines a quocunque voluerit, ab
Episcopo concessa ante excommunicationem per so-
lam excommunicationem superuenientem iure, nec
cessat, nec perit, c. pia. de excep. in 6. & gl. in c. 1. eod. titu. &
lib. cum huiusmodi poena nullibi sit statuta; vnde absolu-
tione ab excommunicatione obtenta, vt quis potest licen-
tia prefata Episcopi antea tamen ea iure vti non poterit:
Quia licet illa per excommunicationem non cessat, vsus
tamen eius impeditur: sicut & vsus alius cuiusque com-
municationis, cum excommunicatio. 1. 1. qu. 3. Si tamen
in excommunicatione primam censuram, aut ordines Mi-
nores assumat, irregularis non efficitur, cum in nullo cor-
poris iuris loco huiusmodi culpe irregularitatis poena im-
posita sit, & poena irregularitatis in solis casibus a iure ex-
pressis incurritur, c. is qui, de sent. excomm. in 6. Nec in habi-
lis ipso iure ad beneficium assumendum, eosdem ordines
in excommunicatione sumendo efficitur.

30 **V**icarius foraneus, cum animarum periculis occurrerit
teneatur, maxime, sibi subditorum, approbatum ab
ordinario iusta ex causa, presertim in scium & ignarum,
confessiones virtute Iubilaei audire prohibens, non peccat;
nec excommunicationem Bullae cene Domini incurrit;
cum illa non omnes quomodocunque executionem illam
impedientes excommunicet, sed eos solum, qui auctori-
tate id faciunt, volentes querere, vel vsurpare sibi aliqua
auctoritatem super literis, & mandatis Apostolicis, & ea-
rum executione, que Vicarius predictus sic prohibendo
non facit, sed solum declararet, mentem Pontificis non ef-
fesse vt presbyter adeo ignarus, & male vtens officio confes-
sarij, tanta potestate & auctoritate vtatur, que per Iubi-
laeum confessariis dari & concedi solet.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 30. alias 37.

31 **Q**ui vel per se, vel per alium suo nomine factam lre-
rarum Apostolicarum executionem impedit, aut
post factam ratam habet, Arg. c. cum quis, de sent.
excomm. in 6. & Reg. rati habitationem, de reg. iur. in 6. excom-
municationem Bullae cene quoad vtrumq; forum incur-
rit, si mandatum, vel ratificatio probetur, sin autem proba-
ri non possit, ea in foro exteriori non incurrit, sed solum in
interiori, si vete mandatum, vel eius ratificatio interuenerit.
Non tamen presumitur interuenisse mandatum, vel
ratificatio eius, ex eo solo quod sit frater eius, qui Bullae
contrauenit, quia nemo in dubio delinquere presumi-
tur, nec alterius delictum, nec solam cognationem appro-
bare. ca. 2. de reg. iur.

DECISIO XXXII.

Ex conf. 4. alias 37. de Iudais.

32 **C**aptiuus coactus timore mortis, tritremes fabricans,
quibus piratae contra Christianos venire solent, si plus
operae nauibus fabricandis, quam vius suae conserua-
tio requirit, non impendat, neque peccat, neque in excom-
municationem incidit: cum huiusmodi actiores illicita non
sit, & res illa in bonum, & malum finem fieri possit.

DECISIO XXXIII.

Ex conf. 32. alias 2. de immun. eccl.

33 **L**icet iurisdictionem ad personas ecclesiasticas ratio-
ne dignitatis ecclesiasticae pertinentem vsurpans, aut
onus insolitum personis ecclesiasticis imponens, in ex-
communicationem Bullae cene decimam quartam inci-
dit, ex Nau. in Man. c. 17. num. 69.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 33. alias 16. de statu monach.

34 **R**eligiosum sine licentia Praelati sui ad Curiam facul-
tatem animo nocendi Monasterio proficiscentem,
& literas ad alios religiosi scriptas ad Papam deferre-
tem Praelatus vbicumque etiam extra territorium eius ca-
pere, & carceribus mancipare, easdemque literas ad Papam
directas aperire, & legere potest, arg. l. 1. Cod. vbi Curialis,
vel cohortalis & l. 1. C. vbi causa status Nec aliquam exim-
de censuram, aut poenam incurrit, cum nullibi censura, aut
pena huic imponatur, argum. c. cum olim. 1. de off. delega.
Neque enim litere ille ad Papam legitime dirigi, aut ab a-
liis religiosi scribi, aut sine Praelati consensu mandati pos-
sunt, cap. Non dicatis. 1. 2. qu. 1. & cap. cum ad Monaste-
rium de statu Monach. Cum omnia, que religiosi habent,
ad Monasterium pertineant, & ad Praelati eiusdem admi-
nistrationem, cap. Nullam. 1. 8. qu. 2. Regularis autem Cu-
riam secularem animo nocendi Monasterio adiens, exco-
municatur. Clem. 1. de statu Monach. & Concil. Trident. sess.
25. c. 4. de regul.

DE-